Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MACHABE

et executiones rerum vitare. breviantis
et cetlendum est. Hinc igitur narrationem
incipiemus. De prefatione tamen dixis
se sufficiat. Stultum etenim est ante
hystoriam effluere: in ipsa autem hystoriam
succingi. Capitulum tercium.
Igitur cum sancta civitas habitaret
in pace. leges etiam adhuc optime
custodirentur. propter onye pontificis
dispositionem. et pietatem. et animos
odio habentes mala: fiebat. ut et ipsi re
ges et principes locum summo honore
dignum tulerent. et templum maximis
muneribus illustrarent: ita ut seleucus
asye rex de reditibus suis prestaret
omnes sumptus ad ministerium sacri
ficiorum pertinentes. Symon autem de tribu
benyamin prepositus templi constitutus.
contendebat obsistente sibi principe
sacerdotum iniquum aliquid in ci
vitate moliri. Sed cum vincere onyam
non posset: venit ad apolonium tarsee
filium. qui illo tempore erat dux celesyrie.
et phenicis: et nuntiavit ei pecuniis
innumerabilibus plenum esse erarium
ierosolimis. et omnes copias in mi
sas esse que non pertinent ad rationem
sacrificiorum: esse autem possibile sub po
testate regis cadere universa. Cumque
retulisset apollonius ad regem de pe
cuniis que delate erant: ille accitum
helyodorum qui erat super negotia eius
misit cum mandatis ut predictam
pecuniam transportaret. Statimque he
lyodorus iter est aggressus: specie quidem
quasi per celesyriam. et phenicem civitates
esset peragraturus. re autem vera regis
propositum perfecturus. Sed cum venisset
ierosolimam. et benigne a summo
sacerdote in civitate esset exceptus: nar
ravit de dato indicio pecuniarum. et cuius
rei gratia adesset aperuit. Interrogabat
autem si vere hec ita essent. Tunc sum
mus sacerdos ostendit deposita esse
hec ad victualia viduarum ac pupil
lorum. Quedam vero esse hyrcani tobie
viri valde eminentis. in hiis que
detulerat impius symon. Universa
autem talenta argenti. cccc. ee.
et auri. cc. decipi vero eos qui cetlidis
sent loco et templo. quod per universum
mundum honoratur. propter sui venera
tione et sanctitate impossibile omino
esse. At ille. per hiis que habebat in man
datis a rege. dicebat omni genere regi
ea esse deferenda. Constituta autem
die intrabat de hiis helyodorus ordi
naturus. Non modica vero per univer
sam civitatem erat trepidatio. Sa
cerdotes autem ante altare cum sa
cerdotalibus stolis iactaverunt se: et invo
cabant de celo eum qui depositis le
gem posuit. ut hiis qui deposuerant
ea. salva custodiret. Iam vero qui vi
deret summum sacerdotis vultum: mente
vulnerabatur. faties enim et color in
mutatus. declarabat interiorem animi
dolorem. Circumfusa enim erat vi
ro quedam mesticia. et horror corporis:
per que manifestius aspicientibus do
lor cordis eius efficiebatur. Alii etiam
congregati de tlomibus confluebant: publi
ca supplicatione obsecrantes: pro eo
quod in contemptum locus esset venturus.
Accincteque mulieres ciliciis pectus.
per plateas confluebant. Sed et virgines
que concluse erant percurrebant ad
onyam. Alie autem ad muros. quedam
vero per fenestras aspiciebant. Universe
autem protendentes manus in celum
deprecabantur. Erat enim misera commixte
multitudinis. et magni sacerdotis
in agone constituti expectatio. et hii
quidem invocabant omnipotentem
dominum: ut credita sibi hiis qui cetlidis
ant cum omni integritate conservarentur.